

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas f
cum fontibus proximo et primo

Sunt qui desertis uirtutibus et nescientes
quid sit Deus et quanta sit maiestas semper eodem modo
manentis nature, magnum aliquid se agere putant,
si uniuersam istam corporis molem quam mundum
nuncupamus curiosissime perquirant.
Vnde etiam tanta superbia gignitur ut in ipso celo
de quo sepe disputant sibimet habitare uidentur.

Augustinus in libro de moribus ecclesie.

Unde Augustinus dicit, in libro *de Moribus Eccle.:*
Sunt qui, desertis uirtutibus, et nescientes
quid sit Deus et quanta sit maiestas semper eodem modo
manentis naturae, magnum aliquid se agere putant
si uniuersam istam corporis molem quam mundum
nuncupamus, curiosissime intentissimeque perquirant.
Unde etiam tanta superbia gignitur ut in ipso caelo,
de quo saepe disputant, sibimet habitare uideantur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda*
secundae, 167.1 (P. Caramello ed., p.725).

Sunt enim qui desertis uirtutibus et nescientes
quid sit deus et quanta maiestas semper eodem modo
manentis naturae, magnum aliquid se agere putant,
si uniuersam istam corporis molem quam mundum
nuncupamus curiosissime intentissimeque perquirant.
Unde tanta etiam superbia gignitur, ut in ipso caelo,
de quo saepe disputant, sibimet habitare uideantur.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae*
catholicae et de moribus Manichaeorum, 1.21
(J. Bauer ed., CSEL 90, p.43, ll.8-14).